



BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO

del
OBISPADO DE MALLORCA.

Circular núm. 10.

A los RR. Curas Párrocos de la Diócesi.

OBISPADO DE MALLORCA.—El Exmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia en circular de 1.^o del corriente me dice lo que sigue.

«Ilmo. Sr.—La situación de la Hacienda pública que en el actual año económico y en el anterior ha sido causa de que el Clero ceda generosamente la cuarta parte de sus asignaciones personales en beneficio del Tesoro, obliga al Gobierno á recurrir de nuevo al desprendimiento de aquella respetable clase en demanda de igual auxilio para el próximo ejercicio de 1878-79.

No han sido estériles ciertamente el sacrificio hecho por el sacerdocio español y los no menos sensibles que se han impuesto á los rentistas y servidores del Estado, porque merced á los esfuerzos de todos, ha mejorado nuestra situación económica, aumentándose considerablemente los rendimientos de las rentas y cubriendose con puntualidad relativa las atenciones públicas. En punto á las obligaciones eclesiásticas, se han satisfecho con la misma regularidad que las civiles en la mayor parte de las provincias, se han abonado mas mensualidades de las que van trascurridas del presente año eco-

nómico, á las diócesis que se hallan retrasadas, proponiéndose firmemente el Gobierno que en corto plazo desaparezca todo atraso, y se han remitido ya á la casi totalidad de ellas los títulos de la Deuda amortizable que por virtud de lo dispuesto en la ley de 21 de Julio de 1876 se entregan al Clero en pago de lo devengado con anterioridad á 1875.

Pero no siendo posible, como no lo ha sido en otros países, llegar en un período breve al completo desahogo de la Hacienda y á la tan deseada nivelingación de los gastos y de los ingresos, forzosos es que subsistan los gravámenes ordinarios y extraordinarios establecidos por las últimas leyes de Presupuestos; y de aquí la necesidad de volver á apelar á la generosidad del Clero español, pidiéndole que anticipadamente haga para el próximo año económico la cesión de la cuarta parte de las asignaciones personales, como la hizo en los dos años anteriores.

S. M. el Rey (Q. D. G.) abriga la confianza de que V. I. y el Clero de la diócesis encomendada á su pastoral cuidado, dando una nueva y relevante prueba de su desinteres como sacerdotes católicos y de su patriotismo como españoles, se prestarán de buena voluntad á hacer este donativo á que en su augusto nombre les invita el Gobierno, seguro por su parte de que no han de desmentir en esta ocasión su lealtad y amor al bien público.

De real órden lo digo á V. I. para su conocimiento y efectos consiguientes. Madrid 1.^o de Abril de 1878.—Calderon y Collantes.—Sr. Obispo de Mallorca.»

Trascribo á V. la preinserta comunicación para su inteligencia y á fin de que se sirva enterar de su contenido á los demás participes del presupuesto eclesiástico residentes en el distrito de esa parroquia, invitándolos á manifestar si consienten voluntariamente en ceder la cuarta parte de la respectiva asignación personal durante el año económico que

ha de principiar en 1.^o de Julio próximo, como unánimemente la cedieron en los dos anteriores en obsequio de las gravísimas necesidades del Tesoro público. Espero del celo de V. que me participará lo mas pronto posible su propia resolución y la de los otros perceptores de ese distrito parroquial, confiando que todos aceptarán de buen grado el nuevo sacrificio que se nos pide, como por mi parte he determinado hacerlo de acuerdo con los dignos individuos del Ilmo. Cabildo y Clero de esta Santa Iglesia.

Dios guarde á V. muchos años. Palma 22 de Abril de 1878.—MATEO, Obispo de Mallorca.—Rdo. Señor Cura Párroco de.....

Nuestro Exmo. Prelado ha recibido del ministerio de Gracia y Justicia la siguiente

Circular.

He dado cuenta á S. M. el Rey (Q. D. G.) de la comunicación de la dirección general de la deuda participando que, conforme se previene en la instrucción de 10 de Noviembre de 1876, expedida por el ministerio de Hacienda, ha remitido á las administraciones económicas los títulos del 2 por 100 correspondientes á los atrasos del clero de todas las diócesis, excepto las de Albaracín, Ávila, Cartagena, Segovia, Sevilla, Zamora y del antiguo priorato de San Marcos de León, cuyas relaciones no se han recibido todavía en aquel centro por estar pendientes de reparos; y vistas la citada instrucción de 10 de Noviembre de 1876 y la dictada por este ministerio en 19 de Octubre del mismo año; siendo ya llegado el caso previsto en la instrucción últimamente citada de dictar las prevenciones necesarias para la entrega de los títulos á los partícipes, S. M. ha tenido á bien disponer que se observen las siguientes reglas, encaminadas á que en la ejecución de este servicio queden debidamente garantidos los

intereses de los partícipes y los del Estado:

1.^a Los reverendos prelados dispondrán que la entrega de dichos valores á los interesados se verifique por los administradores diocesanos y habilitados del clero con sujecion á las liquidaciones personales estampadas en las relaciones formadas por las indicadas administraciones, y aprobadas por la ordenacion de pagos de este ministerio. A este fin la ordenacion devolverá á los administradores uno de los ejemplares en que conste la aprobacion acordada por aquel centro.

2.^a Los partícipes recibirán en pago de sus créditos los títulos que quepan en su importe; y el residuo, si lo hubiere, en metálico al precio en que se haya hecho la enagenacion de estos valores, conforme á lo que se prescribe en la regla siguiente.

3.^a Para que puedan ser satisfechos los residuos como se ordena en la regla anterior, los administradores diocesanos ó habilitados del clero encargados del pago de los atrasos negociarán los títulos necesarios, prévia autorizacion del prelado y con intervencion de agente de cambio ó corredor, publicando la fecha en que se haya hecho la negociacion y el precio obtenido en ella.

4.^a Los administradores diocesanos recogerán el recibí de cada partícipe que ha de justificar la entrega de los valores, como se verifica actualmente en el pago ordinario de las asignaciones del clero, con la diferencia de que ha de englobarse en un solo recibo toda la cantidad percibida, y rendirán la correspondiente cuenta por conducto de la ordenacion al tribunal de las del reino en el término de tres meses, contados desde el dia en que recibirán los títulos. Los justificantes de dicha cuenta servirán la relacion que haya servido para hacer los pagos y los recibos de los partícipes, en los cuales habrá de estamparse el número correlativo que figure en la liquidacion. A los herederos de los partícipes fallecidos y á los que cobren en virtud de poder se les exigirán los mismos documentos que en tales casos marcan las instrucciones generales.

5.^a Los prelados fijarán la retribucion que deba darse á los administradores diocesanos por el servicio que tienen prestado al formar las relaciones de créditos del personal que han servido de base para la liquidacion de los atrasos del clero, y á los mismos empleados y á los habilitados por la entrega de los títulos; entendiéndose que el descuento que por ambos conceptos se haga á los participes no podrá exceder de los tres cuartos por 100 que señalan como premio de habilitacion la real orden de 20 de Octubre de 1855 y las instrucciones vigentes, y á calidad de que ha de ser satisfecho en la misma clase de papel en que se pagan los atrasos estimados por todo su valor nominal.

De real orden lo digo á V. E. para su conocimiento y efectos correspondientes. Dios guarde á V. E. muchos años. Madrid 8 de Abril de 1878.—Fernando Calderon y Collantes.—Rdo. Sr. Obispo de Mallorca.

JUZGADO ECLESIÁSTICO DE MALLORCA.

Conviniendo que los Rdos. Párrocos y Coadjutores tengan á la vista las causas canónicas por las que la Santa Sede dispensa los impedimentos de matrimonio segun una novísima instrucción dada por la Sagrada Congregación *de propaganda fide*, he creido de suma utilidad trascribirla en el Boletín: dice así:

«Instructio super dispensationibus matrimonialibus.
Cum dispensatio sit juris communis relaxatio cum causae cognitione ab eo facta qui habet potestatem, exploratum omnibus est, dispensationem ab impedimentis matrimonialibus non esse indulgendam, nisi legitima et gravis causa interveniat. Quin imo facile quisque intelligit, tanto graviorem causam requiri, quanto gravius est impedimentum, quod nuptiis celebrandis opponitur. Verum haud raro ad S. Sedem perveniunt supplices litterae pro impetranda aliqua hujusmodi dispensatione, quae nulla ca-

nonica ratione fulciuntur. Accidit etiam quandoque, ut in hujusmodi supplicationibus ea omittantur, quae necessario exprimi debent, ne dispensatio nullitatis vitio laboret. Idcirco opportunum visum est in praesenti instructione paucis perstringere praeципuas illas causas, quae ad matrimoniales dispensationes obtainendas juxta canonicas sanctiones et prudens ecclesiasticae provisionis arbitrium, pro sufficientibus haberi consueverunt; deinde ea indicare, quae in ipsa dispensatione petenda exprimere oportet.

Atque ut à causis dispensationum exordium ducatur, opere pretium erit imprimis animadvertere, unam aliquando causam seorsim acceptam insufficientem esse, sed alteri adjunctam sufficientem existimari; nam quae non prosunt singula, multa juvant, arg. 1. 5, C. de probat. Hujusmodi autem causae sunt quae sequuntur:

1. *Angustia loci*, sive absoluta, sive relativa (ratione tantum oratricis), cum scilicet in loco originis, vel etiam domicili cognatio foeminae ita sit propagata, ut alium paris conditionis, cui nubat, invenire nequeat, nisi consanguineum vel affinem, patriam vero deserere sit ei durum.

2. *Aetas foeminae superadulta*, sit scilicet, 24^m aetatis annum jam egressa, hactenus virum paris conditionis, cui nubere possit, non invenit. Haec vero causa haud suffragatur viduae, quae ad alias nuptias convolare cupiat.

3. *Deficientia aut incompetentia dotis*, si nempe foemina non habeat actu tantum dotem, ut extraneo aequalis conditionis, qui neque consanguineus neque affinis sit, nubere possit in proprio loco, in quo commoratur. Quae causa magis urget, si mulier penitus indotata existat, et consanguineus vel affinis eam in uxorem ducere, aut etiam convenienter et integro dotare paratus sit.

4. *Lites super successione bonorum jam exortae, vel earumdem grave aut inminens periculum*. Si mulier gravem litem super successione bonorum magni momenti sustineat, neque adest aliis qui litem

hujusmodi in se suscipiat, propriisque expensis prosequatur, praeter illum qui ipsam in uxorem ducere cupit, dispensatio concedi solet; interest enim reipublicae ut lites extinguantur. Huic proxime accedit alia causa, scilicet *dos litibus involuta*, cum nimis mulier alio est destituta viro, cuius ope bona sua recuperare valeat. Verum hujusmodi causa non nisi pro remotioribus gradibus sufficit.

5. *Paupertas viduae*, quae numerosa prole sit onerata, et vir eam alere pollicetur. Sed quandoque remedio dispensationis succurritur viduae eantum de causa, quod junior sit atque in periculo incontinentiae versetur.

6. *Bonum pacis*, quo nomine veniunt nedum foedera inter regna et principes, sed etiam distinctio gravium inimicitarum, rixarum et odiorum civium. Haec causa adducitur vel ad extinguendas graves inimicitias, quae inter contrahentium consanguineos vel affines ortae sint, quaeque matrimonii celebratione omnino componerentur, vel quando inter contrahentium consanguineos et affines inimicitiae graves viguerint, et, licet pax inter ipsos inita jam sit, celebratio tamen matrimonii ad ipsius pacis confirmationem maxime conduceret.

7. *Nimia, suspecta, periculosa familiaritas*, nec non *cohabitatio* sub eodem tecto, quae facile impediri non possit.

8. *Copula* cum consanguinea vel affine, vel alia persona impedimento laborante praehabita, et *Praegnantia*, ideoque *legitimatio prolis*, ut nempe consulatur bono prolis ipsius, et honori mulieris, quae secus innupta maneret. Haec profecto una est ex urgentioribus causis, ob quam etiam plebeis dari solet dispensatio, dummodo copula patrata non fuerit sub spe facilioris dispensationis: quae circumstantia in supplicatione foret exprimenda.

9. *Infamia mulieris*, ex suspicione orta, quod illa suo consanguineo aut affini nimis familiaris, cognita sit ab eodem, licet suspicio sit falsa, cum nempe nisi matrimonium contrahatur, mulier graviter diffamata vel innupta remaneri, vel disparis condi-

tionis viro nubere deberet, aut gravia damna ori-
rentur.

10. *Revalidatio matrimonii*, quod bona fide et publice, servata Tridentini forma, contractum est: quia ejus dissolutio vix fieri potest sine publico scandalo et gravi damno, praesertim foeminae, caput. vii de consanguin. At si mala fide sponsi nuptias inierunt, gratiam dispensationis minime me- rentur, sic disponente Conc. Trid. (sess. 24, cap. v. de Reform. matrim.)

11. *Periculum matrimonii mixti vel coram aca- tholico ministro celebrandi*. Quando periculum adest, quod volentes matrimonium in aliquo etiam ex majoribus gradibus contrahere, ex denegatione dis- pensationis ad ministrum acatholicum accedant pro nuptiis celebrandis, spreta Ecclesiae auctoritate, justa invenitur dispensandi causa, quia adest non modo gravissimum fidelium scandalum, sed etiam timor perversionis et defectionis à fide taliter agen- tium, et matrimonii impedimenta contemnentium, maxime in regionibus ubi haereses impune grassan- tur. Id docuit haec S. Congregatio in instruccione die 27 Apr. 1820 ad archiepiscopum Quebecensem data. Pariter cum vicarius apostolicus Bosniae pos- tulasset, utrum dispensationem elargiri posset iis catholicis, qui nullum aliud praetexunt motivum, quam vesanum amorem, et simul praevideatur, dis- pensatione denegata, eos coram judice infideli con- jugium fore inituros, S. Congregatio S. Officii in fer. IV, 14 Augusti 1822 decrevit: «Respondendum oratori, quod in exposito casu utatur facultatibus sibi in Form. II commissis, prout in Domino expedire judicaverit.» Tantumdem dicendum de periculo, quod pars catholica cum acatholicis matrimonium celebrare audeat.

12. *Periculum incestuosi concubinatus*. Ex supe- rius memorata instruccione anni 1820 eluet, dis- pensationis remedium, ne quis in concubinatu in- sordescat cum publico scandalo atque evidenti aeter- nae salutis discrimine, adhibendum esse.

13. *Periculum matrimonii civilis*. Ex dictis con-

sequitur, probabile periculum quod illi, qui dispensationem petunt, ea non obtenta, matrimonium dumtaxat *civile*, ut ajunt, celebraturi sunt, esse legitimam dispensandi causam.

14. *Remotio gravium scandalorum.*

15. *Cessatio publici concubinatus.*

16. *Excellentia meritorum*, cum aliquis aut contra fidei catholicae hostes dimicatione, aut liberalitate erga Ecclesiam, aut doctrina, virtute aliove modo de religione sit optime meritus.

Hae sunt communiores potioresque causae, quae ad matrimoniales dispensationes impetrandas adduci solent, de quibus copiose agunt theologi ac sacrorum canonum interpretes.

Sed jam se convertit instructio ad ea, quae praeter causas in litteris supplicibus pro dispensatione obtainenda, de jure vel consuetudine, aut stylo curiae exprimenda sunt, ita ut si etiam ignoranter tacetur veritas, aut narretur falsitas, dispensatio nulla efficiatur. Haec autem sunt:

1. *Nomen et cognomen oratorum*, utrumque distincte ac nitide, ac sine ulla litterarum abbreviacione scribendum.

2. *Dioecesis originis vel actualis domicilii*. Quando oratores habent domicilium extra dioecesim originis, possunt, si velint, petere, ut dispensatio mitatur ad ordinarium dioecesis, in qua nunc habitant.

3. *Species* etiam infima impedimenti, an sit consanguinitas vel affinitas, orta ex copula licita vel illicita; publica honestas originem ducens ex sponsalibus vel matrimonio rato; in impedimento criminis, utrum provenerit ex conjugicio cum promissione matrimonii, aut ex conjugicio cum adulterio, vel ex solo adulterio cum promissione matrimonii: in cognitione spirituali, utrum sit inter levantem et levatum vel inter levantem et levati parentem.

4. *Gradus consanguinitatis*, vel affinitatis aut honestatis ex matrimonio rato, et an sit simplex vel mixtus, non tantum remotior, sed etiam propin-

quior, uti et linea, an sit recta et transversa; item an oratores sint conjuncti ex duplice vinculo consanguinitatis, tam ex parte patris, quam ex parte matris.

5. *Numerus* impedimentorum, ex gr. si adsit duplex aut multiplex consanguinitas vel affinitas, vel si praeter cognationem adsit etiam affinitas, aut aliud quocumque impedimentum sive dirimens, sive impediens.

6. *Variae circumstantiae*, scilicet an matrimonium sit contrahendum, vel contractum; si jam contractum, aperiri debet, an bona fide, saltem ex parte unius, vel cum scientia impedimenti: item an praemissis denuntiationibus, et juxta formam Tridentini; vel an spe facilius dispensationem obtinendi; demum an sit consummatum, si mala fide, saltem unius partis, seu cum scientia impedimenti.

7. *Copula* incestuosa habita inter sponsos ante dispensationis executionem, sive ante, sive post ejus impetrationem, sive intentione facilius dispensationem obtinendi, sive etiam seclusa tali intentione, et sive copula publice nota sit, sive etiam occulta.

Si haec reticeantur, subreptitias esse et nullib[us] ac nullo modo valere dispensationes super quibuscumque gradibus prohibitis consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis et legalis, necnon et publicae honestatis, declaravit S. Congregatio S. Officii, fer iv, 1 Augusti 1866. In petenda vero dispensatione super impedimento affinitatis primi vel secundi gradus lineae collateralis, si impedimentum nedium ex matrimonio consummato cum defuncto conjuge oratoris vel oratricis, sed etiam ex copula antematrimoniali seu fornicaria cum eodem defuncto ante initum cum ipso matrimonium patrata oriatur, necesse non est, ut mentio fiat hujusmodi illicitae copulae, quemadmodum patet ex responso S. Penitentiariae die 20 Martii 1842, probante s. m. Gregorio XVI ad episcopum Namurensem, quod generale esse, idem Tribunal litteris diei 10 Decembris 1874 edixit.

Haec prae oculis habere debent non modo qui ad S. Sedem pro obtainenda aliqua matrimoniali dispensatione recurrunt, sed etiam qui ex pontificalia delegatione dispensare per se ipsi valent, ut facultatibus, quibus pollut, rite, ut par est, utantur.

Datum ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 9 Maii 1877.»

En vista de la preinserta instrucción, podrán en adelante los interesados ó los Párrocos en la solicitud de estilo que dirigen á esta Curia y con la cual se encabeza el expediente de preces hacer mérito de todas las causas que á su juicio puedan alegarse en cada caso particular.

Palma 10 de Abril de 1878.—Tomas Rullan, V. G.

ELOGIO FUNEBRE DE PIO IX,

que escrito por Mon. Mercurelli, Secretario de Breves á los Príncipes, y encerrado en un tubo de metal, fué colocado en la caja mortuoria del Santo Pontífice.

CORPUS CONDITUM

PII IX P. M.

Hic die 13 Maii anni 1792, Senogalliae, quarto loco natus e coniugio Comitum Hieronimi Mastai-Ferreti et Catharinae Solazzi, Joannis Mariae nomen in baptimate sortitus est. Litteris excultus Voluterris apud Patres a Scholis Piis, et severioribus disciplinis Romae, ad presbyteratum promotus anno 1819 primum sacrum peregit die solemni Paschatis in templo S. Annae orphanotrophii, cui nomen a fundatore *Tata-Giovanni* et cui praefuit.—Deinde Praesuli Joanni Muzi, qui pro Chilensi aliisque regionibus Americae meridionalis Delegatus et Vicarius Apostolicus constitutus fuerat, socius adjectus, anno 1823 Roma discessit.—Rediens vero anno 1825 á Leone XII sa: me: praepositus fuit Hospitio Apostolico; ac biennio post renunciatus et consecratus Archie-

piscopus Episcopus Spoletanus.—Omnibus ibi se praebuit instructum optimi Episcopi dotibus, et praesertim caritate et prudentia; quarum paeclarata edidit exempla tum anno 1831, cum Delegatione extraordinaria in Spoletanam et Perusinam provinciam actus ad compescendos rebelles, sola comitate et subsidiis ad discessum elargitis, eos adduxit ad arma sponte tradenda, quae Romam misit; tum anno insequenti, cum Umbria vehementibus quassata terrae motibus, afflictissimi populi levamini se totum impedit.—Eximia merita utilem suaserunt Gregorio XVI ipsius translationem ad sedem Forocorneliensem, eo ipso anno vacantem; ubi se in universo pastoralis munieris exercitio sibi parem exhibuit. Primus ipse Italorum Praesulum in eam diocesim plium opus Propagationis Fidei canonice invexit ac promovit; et paeclarum inter cetera edidit fortitudinis et caritatis Episcopalis exemplum anno 1846, cum solus per horas vespertinas orans in cathedrali templo hominem a tribus impetu sicariis incolumem servavit.—Quocirca idem Pontifex eum in Consistorio diei 23 decembris anno 1839 reservatum in pectore, die 14 decembris insequentis anni Purpura decoravit.—Ut nuncium accepit decessus Gregorii XVI Romam se contulit pro novi Pontificis electione; sed mira celeritate coeuntibus in eum suffragiis, ipse ad Petri Cathedram fuit evectus.—Laetitiam tamen omnibus ab insuetae rei nuncio inditam cito in luctum converterunt religionis et publici ordinis hostes; et, rebellione commota, sic Pontificem circumvenierunt, ut ipse vix, et non sine peculiari divino auxilio, ex eorum manibus elabi potuerit et Gaetam petere.—Ibi humanissime et obsequentissime exceptus a Rege Neapolis, dum totius catholici orbis testimonia venerationis et munera excipiebat, animum adjiciens ad religionis detrimenta, ad accusa Sanctae Sedis jura, ad deceptos veteratorum machinationibus populos, per allocutiones et litteras Apostolicas, gratum animum suum testatus fuit, fidelibus miserrimam religiosarum rerum conditio-

nem exposuit, opem imploravit catholicorum principum, veram consiliorum indolem hostium Ecclesiae populis aperuit; ac praeterea egit de restituenda deleta jamdiu in Anglia Ecclesiastica Hierarchia, et pro sua insigni in Deiparam pietate, toti nunciavit Episcopatui disquisitiones se mandante institutas ad definiendum immaculatum Illius conceptum, omnesque rogavit ut ad hoc secum orarent, ac quae traditio apud eos hac de re vigeret, referrent.—Romam vero christianorum armis reductus urbe et orbe plaudentibus, non minorem Orientalis quam Occidentalis Ecclesiae curam egit. Et sicut jam anno 1847 restituerat jurisdictionem Hierosolymitani Patriarchae Latini, et in sequenti anno electionem confirmaverat Babilonensis Patriarchae pro Chaldaeis; sic postea Orientales Ecclesias schismate, insectatione, interioribus dissidiis laborantes, novis initis rationibus, aucto Episcoporum numero, officiis omnibus, liberalitate, et misso etiam Apostolico Delegato, et Legato a Latere, tueri, relevare, conciliare inter se indefesso studio contendit.—Nihil pariter omisit ut Russicam catholicae religionis insectationem compesceret aut saltem leniret, sive per propositas conventiones, sive per illius Imperii Ministros, sive per publicas expostulationes, sive per peculiares ad Imperatorem litteras, sive per Delegatum ad eum missum, dum interim Ruthenos defendere et confirmare, Polonusque solari non desinebat.—Et quoniam ubique religiosae res affligebantur, omnem adhibuit diligentiam ut cum pluribus populorum moderatoribus conventiones iniret, quibus Ecclesiae jura et libertas custodirentur.—Errores, tot malorum causa ac nominatim *massonismi* machinamenta operire, refellere, damnare nunquam destitit per encyclicas litteras, allocutiones, publicos sermones, epistolas ad Episcopos vel privatos homines; et insignem illum edidit syllabum, qui perpetuus erit errorum omnium malleus: ac demum oecumenicum Concilium indixit et coegit, quo perspicue proposita confirmataque vera doctrina de Deo, de Ecclesia, deque Summi

Pontificis auctoritate et infallibilitate, via cuicunque p^raeccludatur sophismati.—Dum ita Satanae regnum subruere nⁱsus est, pari zelo Christi regnum dilatare, Catholicorum fidem ac pietatem incendere novaque iis auxilia coelestia comparare curavit, Ecclesiasticam Hyerarchiam in Anglia et Hollandia instauravit, et de Scotica restituenda agebat, cum morte occupatus fuit—Misiones ad extremos terrae fines provexit; permultas approbavit novas religiosas familias peculiaribus populi necessitatibus addictas; impense fovit catholicas consociationes in Ecclesiae subsidium et proximorum utilitatem institutas; Ecclesiam universam Sanctissimo Cordi Jesu arctius obstrinxit; Patronum ei dedit S. Josephum; e christianis heroibus, quorum gesta incitamento esse posse patebat et patrocinium auxilio, undecim Beatorum et quinquaginta duos albo Sanctorum adscripsit; auxit demum fiduciam et cultum in Deiparam per definitionem dogmati-
cam Immaculati Eius conceptus: quibus studiis sic amplificavit Ecclesiam, ut novem et viginti me-
tropoliticas Sedes priscis addere debuerit, Episco-
pales centum et triginta duas, tres *Nullius dioecesis*,
tres Apostolicas Delegationes, tres et triginta Vi-
cariatus Apostolicos et quindecim Apostolicas Prae-
fecturas.—Quamquam sub hostili potestate consti-
tutus strenue semper propugnavit Ecclesiae jura et
Sanctae Sedis, Apostolica libertate sacrilegum usur-
pationis facinus gravissime potentibus exprobravit,
censurasque in eos latas indixit et renovavit.—
Divini cultus splendori prospexit, refectis, expoli-
tis, ornatis regio sumptu templis, aut collata ad
hoc domi forisque pecunia et sacris ornamentis.—
In solidae scientiae proiectum *rationem studiorum*
proposuit, catholicas universitates instauravit, se-
minaria, gymnasia, scholas evexit; ubique demum
munificentiae suae monumenta reliquit; eaque fuit
liberalitate, ut quidquid ei obveniebat non sibi sed
aliis habere videretur.—Quibus omnibus virtutibus
cum accederent benignitas et facilitas vere singula-
ris, sic advenientium animos alliciebat, ut observan-

tiam et devotionem Jesu Chrsti Vicario debitam ad flagrantem erigeret amorem. Id publicae significations ostenderunt, id crebra peregrinorum agmina, id praesertim jubilares anni presbyteratus, episcopatus, Pontificatus ejus, qui insueta prorsus obtulerunt indicia filialis pietatis ac incensissimi amoris totius orbis catholici.—Unus ipse inter Pontifices sedit in Petri cathedra annos unum et triginta, menses septem, dies duos supra viginti: obiit sextum et octogesimum agens aetatis annum die septima Februarii anni 1878.

LUGAR DESTINADO PARA LOS ESCRUTINIOS DEL CONCLAVE.

La capilla Sixtina ha sido la designada para las reuniones generales de los Emmos. Cardenales y escrutinio de sus votos. Los Emmos. Cardenales se reúnen por la mañana á las diez para oír la Misa *De Spiritu Sancto*, concluida la cual se procede al escrutinio con las formalidades establecidas por las Constituciones apostólicas, lo cual tiene ordinariamente lugar á la hora y media. Si no hubiere elección, se procede por la tarde al segundo escrutinio en la misma capilla Sixtina, previo el cántico del *Veni Creator Spiritus*.

Alrededor de las paredes de la capilla Sixtina, y á una corta distancia del muro, están colocados los sillones de los Emmos. Cardenales, sobre cada uno de los cuales hay un dosel. Los sillones están cubiertos con sus paños morados, excepto los de los cuatro Cardenales creados por Gregorio XVI, que lo están con paños verdes.

Desde el momento en que del escrutinio resulta elegido el Romano Pontífice, se descubren todos los sillones y doceles, menos los del elegido.

ESTADÍSTICA DE LA DURACIÓN DE LOS CÓNCLAVES
y Cardenales que los formaron desde 1447 hasta el dia.

| Años. | Papas. | Cardenales existentes. | Presentes en Cónclave. | Duración del Cónclave. |
|-------|------------------|------------------------|------------------------|------------------------|
| 1447 | Nicolás V..... | 23 | 18 | 14 días. |
| 1455 | Calixto III..... | » | 20 | 12 » |
| 1458 | Pio II..... | » | » | 14 » |
| 1464 | Pablo II..... | 26 | 20 | 14 » |
| 1492 | Alejandro VI... | 27 | 23 | 3 » |
| 1501 | Julio II..... | 47 | 38 | 33 » |
| 1503 | Pio III..... | 45 | 38 | 18 » |
| 1513 | Leon X..... | 32 | 25 | 47 » |
| 1523 | Adriano VI.... | » | 39 | 13 » |
| 1623 | Gregorio XV... | » | 52 | 1 » |
| 1644 | Urbano VIII.... | » | 59 | 17 » |
| 1769 | Clemente XIV. | 57 | 46 | 106 » |
| 1775 | Pio VI..... | » | 43 | 131 » |
| 1800 | Pio VII..... | 45 | 34 | 104 » |
| 1823 | Leon XII.. | » | 48 | 35 » |
| 1829 | Pio VIII..... | » | 50 | 36 » |
| 1831 | Gregorio XVI.. | » | » | 62 » |
| 1846 | Pio IX..... | 62 | 50 | 3 » |
| 1878 | Leon XIII..... | 63 | 62 | 2 » |

ANUNCIO.

Bajo la dirección de D. Luis de Montes y Boran acaba de publicarse en Madrid el retrato litográfico del Sumo Pontífice reinante Leon XIII en busto y tamaño natural; que forma un cuadro de una vara de largo por tres cuartas de ancho en excelente papel. Se remitirá al precio de seis pesetas ejemplar, franco de porte. Los pedidos pueden hacerse á dicho Sr. de Montes, calle de Ponciano, núm. 3 duplicado, bajo izquierda en Madrid, acompañando el importe en sellos de correo ó libranzas del giro mútuo.

PALMA DE MALLORCA.
 Imprenta de Villalonga.